

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Aduocati c  
cum fonte primo

Iuste aduocato dicitur: Redde  
quod accepisti quoniam contra  
ueritatem fecisti, iniquitati affuisti,  
iudicem fefellisti, iustam causam  
oppressisti, de falsitate uicisti.

Ambrosius in sermone.

Verum tamen si iustitia  
sincerius consulatur,  
iustius dicitur aduocato: Redde,  
quod accepisti, quando contra  
ueritatem stetisti, iniquitati adfuisti,  
iudicem fefellisti, iustam causam  
oppressisti, de falsitate uicisti,  
quod uides multos honestissimos et  
disertissimos uiros non solum impune  
uerum etiam gloriose uideri sibi  
committere, quam cuiquam in quolibet  
officio militanti: Redde, quod accepisti,  
quando iubente iudice cuicumque causae  
necessarium hominem tenuisti,  
ne resisteret, uinxisti, ne fugeret,  
inclusisti, postremo aut permanente  
lite exhibuisti aut finita dimisisti.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*,  
153.6.25 (CSEL 44, A. Goldbacher ed.,  
pp.424-5, ll.16-19, 1-6).